Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Confiteantur tibi populi · idest peccata sua, et iterum gloriam dni praedicare nondesinunt, denique uerbum ipsum · in uno uersu geminatum docet · ut a fideli populo · totum cognoscere faciendum esse,

Dedit etiam terra fructum suum · quando dnm saluatorem diuersarum gentium turba suscepit, et uitalem fructum intulit · cum iussionibus dni obediunt · et spinas diaboli tribulosque deseruit,

Vim istius nominis exsurgat ds · hinc debemus aduertere · quia dum finis dicatur · in initio semper psalmi apponitur · Significat enim rerum caput · et aeternale principium · sicut ipse dixit, Ego sum principium, Psalmus · opera, Canticum · intellegentiam mentis significat,

Confiteantur tibi populi ds · confiteantur tibi populi omnes ⁊

Letentur & exultent gentes · quoniam iudicas populos in equitate · & gentes in terra dirigis ⁊ op

Confiteantur tibi populi ds · confiteantur tibi populi omnes · terra dedit fructum suum ⁊

Benedicat nos ds ds noster · benedicat nos ds · & metuant eum omnes fines terre ⁊

In fine ps canticum dd ⁊ Propheta · xpi aduentum annuntiat · inimicorum q · ei superbia comprimendam · & de eius assumptione incelos ⁊

Exsurgat ds & dissipentur inimici eius · & fugiant qui oderunt

Letentur gentes · quoniam decaptiuitate diaboli liberati sunt, Quoniam iudicas populos in aequitate · quia non accipis personam uniuus gentis · Sed omnium ds es, et gentes dirigis · ut ambulent uiam rectam · quae ante non recto pede gradiebantur ⁊

Benedicat nos ds · id est ds pater, ds noster · idest filius, qui ds est omnium per naturam, noster proprie · factus est ds · Iterato dicit · benedicat nos ds · idest spus scus, et metuent eum · hoc est incipientium · ut et credere incipiant et credita cauta sollicitudine custodiant ⁊

Peiat propheta resurrectionem xpi · in qua dissipentur aduersi scilicet iudaei, Sequitur inestimabilis poena maledictionis · ut ab eius facie fugiant · cuius ubique constat esse presentia, qui oderunt eum · eos significat qui in sua pertinacia constiterunt ⁊